contendentes inuadunt. ille qui prius presensisset hostes aduentare instruendi aciem haud tempus fuit. ab ipsis regijs ortus interceptus quippe sic prouiderat
Iugurta non iusto et apto prelio sed dolo suisque artibus incompositas ex im
prouiso circumuenire legiones. Cumque ex ordinem pugna committeretur
Mauri et Numide circumfusi iter clusere romanos qui memores sui non     iterclusere
intrepidi arma captare et in hostes irruere properarunt. At Marius nec
quietem exercitus summa uigilantia optimi imperatoris functus officio ra
ptim suos ordinare et conglobare cepat uel congregati astringere quos
in agmine dilatare non licuerat cogerque hortari ut intenderent uiros esse
nec nouitate rei trepidandum uirtute et ferro se tutandos. quia in re
satis confusa acrem decertando hinc ad defensionem illic ad ingressionem
indefesse elaborabatur. Superant regij numero qui infestissimo insultu un
dique irritando certamen in orbe congestos instabat separare. Romanum hosti
libus iaculis circumsepti eminus petebantur. multa et varia perpessi uix re
spirare poterant sed quod ipso aduerso casu saluberrimum extitit se stricti co
tinere obnitebantur. Hec inter Iugurta fertur latine exclamasse Ma
rium occidisse quo fallaci commento iam ferme soluto globo pleriquem mi
lites absterriti se fuge parauerat ni marius eodem concessisset quippe presta
ter regijs imminere suis occurrere ubique adesse nutu uoce et manibus demo
nere milites insudabat at ita confuse permixta erant omnia quod uix audi
ri aut intelligi poterat et quod terribilius erat nec uideri. quo quidem discri
mine nichil durius nichil periculosius eo tempore romanis in affrica fu
it. Itaque cum a meridie in solis occassum dubio euentu sic certatum esset
nox aderat tum regijs paulisper retro cedentibus consul ut in tutum se re
digeret consilia perquirens animaduertit prope duos colles adesse quorum in al
tero fons uberrimus aque alter summa planicie exercitus capax erat cum
manu equitum illico sille fontem commendat ipse uero postquam milites uagos
in unum contraxerat alterum collem tenuit occupandum. Reges iam romanos
perdere existimantes colles ea nocte sparsim obsiderunt. Numide Getuli et ma
uri circa focos demore uociferari tripudiare et obsonare ceperant nec
eorum inpicia Marius minus letari quam prior silentio suos se continere et
in procinctu edixerat commorari. Hostes diurno labore et nocturna demen
tia lassi sub ipso diluculo somno oppressi strati passim acquieuerant tum co
sul in tempore tumultuoso strepitu et tubarum clangore descendens preceps ad
uolat simul et hoste inuadit. Mauri et Numide tam subita irruptione attoni
ti et somno obstupefacti uagi discurrentes in hostile ferrum inciderunt. Consul
inter confertissimos resultans ubi plus periculi eodem congrediens aduer
sos trucidando uincere dimicabat. Reges demum fugere coacti tot mili
bus suorum destitutis citato equo recessere. Hec clades nulli equidem co
paranda tantum sanguinis effudit quantum omnibus alijs superioribus in affrica plus
Iugurta perditis rebus suorum malorum contagia perquirens haud distulit ul
tima sui fortuna experiri. nam cum quietem pati nequiret et se ulcisci properaret
corruere nitebatur. Igitur die quarto postquam uictus recesserat reite
gratis uiribus et solitis insidijs instructus iter deuia et saltuosa clam perfici
scens speculatoribus conspectum dedit quem propero gressu Mario Iugurtam ad
esse intimauit. Prima itaque congressio haud procul a cirtha urbe Gille

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_933/0312
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG